

Paulus Episcopus / Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Roberto tituli Sanctae Mariae in Via Presbitero Cardinali Bellarmino nuncupato Salutem etc. Ad personam tuam etc. Cum itaque hodie tu regimini, et administrationi ecclesiae Capuanae, cui tunc ex dispensatione Apostolica praeeras, in manibus nostris sponte, et libere cesseris, nosque cessionem huiusmodi admittentes eidem ecclesiae per cessionem huiusmodi apud Sedem Apostolicam pastoris solatio destitutam de persona dilecti filii Antonii electi Capuan. nobis, et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratribus eorumdem consilio Apostolica auctoritate per alias nostras litteras providerimus prout dd. litteris plenius continetur. Nos tibi ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiaris, sed ut statum tuum, iuxta cardinalatus etc. tenere, et expensarum onere etc. valeas, de alicuius sustentationis auxilio providere volentes motu proprio etc. tibi pensionem annuam ab omni decima quarta media, et quavis alia fructuum parte subsidio etiam charitativo, et quocumque alio tam ordinario, quam extraordinario, et quavis alia impositione, et pro reparatione, et fabrica basilicae principis Apostolorum de Urbe, cruciata sancta, et expeditione contra Turcas, ac sustentatione classis triremium, ac ecclesiastico puerorum seminario in civitate Capuana instituti, seu ex quacumque alia urgente, et necessaria ex dicta causa etiam ad imperatoris regum, reginarum, ducum, et aliorum principum instantiam, etiam motu simili, et consistorialiter, vel alias etiam de facto impositis, et imponen. etiamsi in impositionem huiusmodi caveatur expresse, quod pensionarii quicumque pro rata pensionum, quarum praemissis contribuere teneantur, quam ratam dictus Antonius electus, eiusque in dicta ecclesia successores eade suo proprio, absque spe aliquid unquam postea repeten. solvere, et onus ratae huiusmodi in se suscipere teneantur, nec non belli, pestis, sterilitatis, siccitatis, incursus militum, depopulationis agrorum, et devastationis fructuum, amissionis, et quocumque alio fortuito casu pro tempore contingen. liberam immunem, et exemptam mille, et nongentorum scur. monetae Romanae super mensae archiepiscopalis Ca-

/ puanae fructibus etc. super quibus aliae pensiones annuae aliis perso-  
nis ecclesiasticis Apostolica auctoritate reservatae existant; ut ac-  
cepimus, quas salvas esse volumus tibi quoad vixeris, vel procuratori  
tuo ad hoc a te speciale mandatum haben. per Antonium electum, cuius  
5 ad hoc expressus accedit assensus, et successores praedictos annis sin-  
gulis pro una, videlicet in Domini nostri Iesu Christi a proxima futu-  
ra incipien. et altera medietatibus pensionis per praesentes reserva-  
tae huiusmodi in Sancti Ioannis Baptistae Nativitatum festivitatibus  
Romae ipsius Antonii electi sumptibus, et periculo, et si pensio per  
10 praesentes reservata praedicta una cum aliis pensionibus praedictis  
duas tertias partes eorundem fructuum etc. excedat integre persolven.  
et per te quoad vixeris, et una cum Sanctae Mariae in Via, quae titulus  
tui cardinalatus existit, ac quibusvis aliis ecclesiis, et consistoria-  
libus, prioratibus, praeposituris, dignitatibus etiam maioribus, et prin-  
15 cipalibus, caeterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura, et sine cura  
saecularibus, et quorumvis ordinum regularibus, quae ex quibusvis con-  
cessionibus, et dispensationibus Apostolicis obtines, et imposterum ob-  
tinebis, ac quibuscumque fructibus etc. Ecclesiasticis loco pensionum  
annuarum, et pensionibus annuis super similibus redditibus, et proventi-  
20 bus dicta auctoritate Apostolica reservatis, et assignatis, et reser-  
van. et assignan., quos, et quas ex similibus concessionibus, et dispen-  
sationibus Apostolicis percipis, et percipies in futurum, ac de bonis  
tuis testandi, pensiones transferendi, ac beneficia conferendi, aliisque  
facultatibus, et indultis tibi concessis percipien., exigen., et levan-  
25 dam, ac in tuos usus, et utilitatem, necnon omnimodam collationem, et p  
provisionem, et dispositionem omnium, et quorumcumque beneficiorum ec-  
clesiasticorum cum cura, et sine cura, aut alias quomodolibet qualifi-  
catorum tam vigore alternativae, quam alias competen., et de quibus pro  
tempore existen. archiepiscopus, stantibus reservationibus, et affec-  
30 tionibus Apostolicis disponere non poterit eadem auctoritate tenore  
praesentium reservamus, constituimus, et assignamus; decernentes Anto-

/ nium electum, et successores praedictos ad integram solutionem pensionis per praesentes reservat. huiusmodi tibi facien. iuxta posterioris reservationis etc. ac decreti huiusmodi tenorem fore efficaciter obligatos; Ac volentes, et eadem autoritate statuentes, quod ille ex Antonio electo, et successoribus praedictis, qui in dd. festivitibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem per praesentes reservatas huiusmodi per eum tibi tunc debitam non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem ingressu Ecclesiae interdictus existat, cuius interdicti relaxationem donec tibi, vel eadem procuratori de pensione per praesentes reservata huiusmodi tibi tunc debita integre satisfactum, aut alias tecum, vel cum dicto procuratore tuo super hoc amicabiliter concordatum fuerit, praeterquam in mortis articulo constitutus nequeat obtinere. Si vero per sex menses dd. 30 dies immediate sequentes sub huiusmodi interdicto animo, quod absit, permanserit indurato; Ex tunc effluxis mensibus regimine, et administratione Ecclesiae Capuanae suspensus existat eo ipso, quo circa Venerabilibus fratribus nostris Faventin. et Urbevetan. Episcopis, et dilecto filio curiae causarum camerae apostolicae generali auditori etc. motu pari etc. mandamus etc. quatenus ipse, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra pensionem per praesentes reservatam huiusmodi tibi quoad vixeris, vel procuratori praedicto, iuxta posterioris reservationis etc. et decreti praedictorum continentiam, et tenorem integre persolui, et nihilominus quemlibet ex Antonio electo, et successoribus praedictis, qui interdicti, et suspensionis huiusmodi sententiam incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte tua fuerint requisiti tamdiu dominicis, et aliis festivis diebus in ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit, interdictum, et suspensum publice nuncient, donec tibi, vel procuratori praedicto de pensione per praesentes reservata huiusmodi tibi tunc debita fuerit integre satisfactum; Ipse que interdictus, et suspensus interdictum et suspens. huiusmodi relaxationem benefi-

/ ciorum meruerit obtinere contradictores etc. non obstan. Lateranen. Con-  
 cillii novissime celebrati pensiones annuas super fructibus mensarum  
 archiepiscopalium, nisi ex cessione, aut alia probabili causa reser-  
 5 vari prohibentes, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Aposto-  
 licis, necnon dietae ecclesiae Capuanae, et iurato etc. contrariis qui-  
 buscumque, aut si Antonio electo, et successoribus, vel quibusvis aliis  
 communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indult., quod ad praestatio-  
 nem, vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur, et ad id com-  
 10 pelli etc. specialis nulli etc. nostrae reservationis constitutionis,  
 et assignationis decreti voluntatis, statuti, et mandati infringere  
 etc. si quis etc.

Datum Romae apud S. Marcum Anno 1605. Kalend. Septembris Ponti-  
 ficatus nostri anno primo.

visa C. Bronde.

15 P. Baldassarus etc. Loco plumbi et Sedi Apostoli-  
 cae,  
 Card. Prodatarius.

---

*Ex vol. inv. fol 170 et 175*

Summar. addit. p. 100-102.

Sumptum ex libro diversarum bullarum Apostolicarum san. mem. Pauli  
 papae V anno primo sub fol. 91 in officio mei existen., cum quo facta  
*collatio est contenta, sed ne semper etc. de quorum fide etc.*

*Satum Romae in Cam. Apost. hoc die 28 Aprilis 1712.*

*Haec est Bartholomaeus Petruccius Res. Cam. Apost. secretarius etc  
 et registri litterarum Apostolicarum, custos etc  
 Loco + Signi.*